

guendo, Joh. xvi, 8. respicientibus condonando, incre- A
dulos damnando: Joh. III, 17. seqq.

(4) Ducit Deus nationes, instar Pastoris boni oves
sparsas colligendo, sanando, tuendo, pascendo, &c. Psal.
xxiii, 1. seqq. Joh. X, 11. seqq.

De VERSU VI. vid. 4.

USUS E VERSU VII.

(1) Terræ fecunditas exultat nos homines; agri
cordis nostri proventus largus Deum: Luc. VIII, 15.
Gal. V, 22.

(2) Testimonium Trinitatis non insuper hic habetur
à baptisatis, sui fœderis memoribus.

(3) De benedictione Dei vers. 2.

USUS E VERSU VIII.

(1) Timendus est Deus non serviliter, sed filialiter
Rom. VIII, 15.

(2) Omnium terræ finium incole, & nos etiam
in quibusvis terræ angulis, revereri Deum debemus
indefinenter.

PSALMI LXVIII. DISPOSITIO.

Jehova triumphator. Adscensionis beneficia.

In hocce Psalmo Prophetico de Messia
adventu atque regno attendenda.

I. Prædictio: ubi (1) actio Dei; *exsur-*
get, v. 2. [2] passio hostium: *dispergentur*; à
facie ejus diffugient: *ibid.* *peribunt instar fumi*
dispulsi: *instar ceræ liquefactæ*: v. 3. (3) *exhi-*
laratio justorum: *gaudebunt, exultabunt, de-*
liciabuntur, v. 4.

II. Adhortatio: (1) *canite & psallite Deo*: B
v. 5. [2] *viam parate equitanti in nubibus,*
cujus nomen Jah; *ibid.* (3) *exultate coram*
ipso: *ibid.* Rationes hujusce adhortationis
sunt: (a) *est pater pupillorum*: vers. 6. (b)
judex viduarum: *ibid.* (c) *præsto est fidelibus*
in habitaculo suo sancto: *ibid.* (d) *solitariis*
confert domum seu familiam: v. 7. (e) *capti-*
vis libertatem restituit: (f) *refractarios in*
ariditate morari cogit: *ibid.* (g) *felicitem*
novam Messia temporibus decernit: ubi
(a) *collatio apparitionis Sinaiticæ*: *quo-*
ad ingressum Dei: vers. 8. *quoad terræ mo-*
tum, imbrem, montis Sinai tremorem: vers.
9. & *apparitionis Sioniticæ*; ubi celebra-
tur (b) *urber largus, & hereditatis debilita-*
te refectio: v. 10. (c) *animatorum miserorum*
per bonitatem cœlestem conservatio: vers. 11.
(d) *Verbi magno cum apparatu communicatio*:
vers. 12. (e) *regum potentissimorum profuga-*
tio: vers. 13. (f) *spoliorum distributio*, *ibid.* (g)
Exercitus sacri exornatio; quippe qui
splendet instar *alarum columbæ, argento ob-*
ductarum, & cujus pennæ instar fulgentis
auri: vers. 14. (h) *novæ lucis procuratio*:
dum Altissimus per columbam dissipat reges ho-
sticos, albescit in caligine: vers. 15. (i) *Montis*
Zion evectio; qui ratione fecunditatis
vocatur *mons Basan, mons eminentiarum*: v.
16. *ad invidiam usque præ montibus ex-*
celsis aliis, à Deo ad perennem habitationem
electus: vers. 17. (k) *Gloriosa victoris ad-*

scensio: ubi comitatus sunt *multa millia an-*
gelorum; *sicut in monte Sinai*; v. 18. *Actus*
est: ascendisti in altum: v. 19. *captivam du-*
xisti captivitatem: dona pro hominibus accepi-
sti: etiam rebellibus parata venia & apud
Deum habitatio, (si respiscant,) v. 19.

III. Laudatio: *Benedictus Deus*: vers.
20. Ratio: [1] *etiamsi quotidie oneret, est ta-*
men salus nostra plenaria: vers. 20. (2) *sal-*
vat multipliciter: vers. 21. (3) *è morte educit*:
ibid. (4) *caput hostium suorum conquassa-*
bit: vers. 22. (5) *abactos restituet è Basan,*
imò è maris voraginibus: v. 23. (6) *cruentam*
plane victoriam pro nobis obtinebit: v. 24. (7)
triumphum aget gloriosum: ubi (a) *pro-*
cessionibus, v. 25. (b) *præcedentes cantores*, v. 26.
(c) *postea pulsantes*; (d) *virgines tympani-*
zantes in circuitu: *ibid.* (e) *celebratio Dei*
solennis ob fontem Israelis: vers. 27. (f) *Co-*
mites, Benjamin, Principes, Juda, Sebulon,
Naphtali: v. 28. cui robur Deus promisit
v. 29.

IV. Invocatio: (1) *corroborata, quod opera-*
tus in nobis: vers. 29. *cujus petiti ratio ad-*
ditur: reges offerent munera propter Dei
templum in Jerusalem vers. 30. (2) *Increpa fe-*
ram arundinis: (3) *cœtum fortium tauro-*
rum, cum vitulis populorum conculca: vers.
31. (4) *dissipa populos bella amantes*: *ibid.* (5)
Adveniant optimates Egypti ambientes tuam
gratiam: (6) *Æthiopia Deo se submittat*:
vers. 32.

V. Adhortatio: (1) *regna terræ canite Deo*:
vers. 33. 34. ratio: *edet vocem suam fortem*:
v. 34. (2) *Tribuite robur Deo*; ratio: *majestas*
ejus in Israel, robur ejus in excelsis: vers. 35.
venerandus est in sanctuario suo: dans robur po-
pulo: v. 36.

VI. Epilogus: *benedictus sit Deus!*
vers. 36.

PSALMUS LXVIII.

DE Christo non typicè, sed literaliter,
secundum sensum proprium, imme-
diatum & paraphrasticum Davidem,
vaticinari, vult *Cramer*. schol. 6. proph.

p. 246. *Höpfnerus, Calovius*, in annot. Gro-
tian. refutans simul eos, qui de mysteriis V. &
N. T. junctim agi, de illis historicè, de his
propheticè, opinantur, ut facit *Rivetus* aliq; vid.